Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. VVernheri pueri martyris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

crudeliori internecione quàm Sodoma excindendos eſſe. Quarè ſi vellet pace frui, martyrē ſibi votis precibusque placatum redderet, promitteretq́; ſe ſacras illius reliquias ad ſedem eius honorificè reportandas curaturum. Nec mora. Promittit firmiter Canutus ſe nihil, quæ ad Dei gloriā per martyris honorem celebrādam facerent, neglecturum. quo promiſſo, non multò poſt optata ab omni bellorum tumultu requies data eſt. Tum princeps directa legatione Egeluothum Archiepiſcopum euocauit, qui corpus martyris decem annis ſepultum, incorruptum inuiolatumq́ue planè reperit, ſummoque cum honore Cantuariam deduxit.

Votum Canuti regis Danorum.

Martyris corpus poſt decē annos incorruptū.

MARTYRIVM S. PVERI VVERNHERI, ab impijs Iudæis crudeliſsimè necati & multis miraculis clari. vt habetur apud R.P. Surium Paſſus eſt anno Chriſti 1287. tertiodecimo Kalendas Maij.

VVernherus puer pago VVammenrato, qui à Baccaraco vnius diei itinere abeſt, ortus eſt ruſtica quidem ſtirpe ſed cultu Chriſti ſanè nobili. Fuit autem cum Chriſtianæ religionis tum ſimplicitatis amantiſſimus virginea ornatus puritate, qui opere ruſtico pro virium ſuarum imbecillitate victum ſibi tenuem comparabat, ex quo benigne admodum egenis aliquid impartiebatur. Habebat matrem pietati deditam, ſibique in bonis ſtudijs fauentem, ſed vitricum moroſum, adeoque ab omni humanitate alienum vt neque ipſe neque mater importuni hominis calumnias perſecutionesq́; ferre poſſet. Cuius infeſtum ſibi animum deuitans, fugam inijt: hucq́; illuc errabundus inceſſit. Cumque fame & ſiti valdè afflictus inops cōſilij nullum

19. Aprilis.

Patria VVernheri.

Vitricum habet infeſtum ſibi.

omni-

omninò ſuæ miſeriæ perfugium inueniret, for
paſtores incidit, qui humanitate ducti panem
derunt: quibus ille rursùs ſiti non mediocriter
borantibus, defixo in humum baculo, precibus
fertur largiſſimum in Chriſti nomine fontem
cuiſſe. Veniens indè Treuericam Veſaliam, ap
dioſis Iudæis illic commorantibus callidè ſæp
laborem euocatus eſt. Ille verò promptum ſe
rili ſimplicitate exhibens iuſſus eſt ab illis hu
in profundum quendã terræ locum deportare
ueniente interim Paſchali ſolennitate ſępiùs a
ſpita ſua admonitus eſt vt ab impijs Iudæis ſib
caueret: aliàs dubio procul ab illis laniandus
randusque. Sed puer qui ex ſuo ingenio alior
res vitamque iudicabat, neglecto hoſpitæ adm
tione, vni Deo ſe totum committebat: ac m
ſępiùs importuniusque monenti reſpondebat
me totum meaque omnia Deo committo c
eſt de nobis.

Fontem precibus impetrat.

Intereà ſolenni Dominicę cœnę aduenient
puer Chriſto deuotus peccata ſua oris confeſ
coram Chriſti ſacerdote expiauit; ſacroſanct
corporis ac ſanguinis Chriſti myſterijs ſe mu
lætusque ab omni inſidiarum ſuſpicione alie
opus à Iudæis inuitatus & pellectus venit. S
dæi qui ſiccis faucibus Chriſtianum ſanguin
die vel maximè ſitiebunt, altero, qui acerbi
paſſionis Chriſti memoriæ ſacer eſt, concep
nimi furorem ſumma crudelitate in innoc
erum effuderunt. Primò enim apprehenſum
clamandi facultate priuârunt, impreſſo in o
globo plumbeo. Indè ſuſpenſum ad colum
gneam erectis ſurſum pedibus miſeris modis
xarunt, torſeruntque, eo conſilio, vt ſumptum

Iudæi eum immaniſſimè cruciãt.

omni-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ero Chriſti corpus reuocarent educerentq́ue. Sed cùm fruſtrà id conati eſſent, ira odioq́ue grauiori prouocati totos ſe ad membrum myſtici corporis Chriſti atrociſſimè excarnificandum contulerunt. Itaque multa eaq́ue profunda eius corpori cum flagellis impreſſere vulnera: atque etiam cultro quodam, qui hodieq́ue apud eius reliquias aſſeruatur, totius corporis venas barbara immanitate inciderunt, forficibusq́ue ex omnibus corporis partibus ſanguinem expreſſerunt corpusq́ue totum vulneribus conciſum triduo ſuſpenſum reliquerunt.

Habebant autem Iudæi illi famulam Chriſtianę religionis ſacris initiatā, quæ clàm viſa nefaria eorum in puerum crudelitate, maximo animi dolore impulſa iudicem Veſalienſem acciuit, eumq́ue in locum illum, vbi pius puer tam immaniter tractabatur, introduxit. Ad cuius inopinatum aduentum obſtupeſcētes Iudęi ſtatim muneribus benè magnis illum aggreſſi ſunt, feceruntq́ue vt officij ſui oblitus ab æquitate & iuſtitia per ſummũ ſcelus ſe abduci pateretur. Puer autem viſo iudice, exultabundus, vt potuit, ſui liberationem poſtulabat: ſed impius iudex victus amore pecunię, pueri preces neglexit. Tum puer: Si tu mihi, inquit, opitulari non vis, opem mihi ferat benignus Deus & ſanctiſſima mater eius. Iudice igitur donis muneribusq́ue corrupto abeunte, puer à Iudæis interfectus eſt: atque vt facinus nefarium ſilentio tegeretur, nocte intempeſta corpus clàm per muros tractum ad naues Moguntiam ituras detulerunt. Sed omnipotens Deus fruſis eorum conatibus, nauem tota nocte errabundam nè vno quidem milliari ab vrbe recedere permiſit. Orto indè ſole timore & tremore correpti anxia inter ſe cōſilia captant, quomodò martyris

Iudex pecunia corruptus opem negat pro puero.

Diuinitùs retardantur conatus Iudæorum.

corpus

corpus abſcõderent. Neque enim ratio in aqu lud demergendi occurrebat. Tandem conſpe

Baccaracum propè VVeſaliam.

propè Baccaracum cryptam ſpinis & vepribus ſitam, vbi nunc cõditum cernitur VVilhelmita cœnobiũ VVindoſdesbachium. eò igitur cum pore properantes in eam cryptam illud proie ac ſumma cum celeritate ſe indè proripuer Sed Chriſtus nequaquàm id diu latere paſſus, ſua illic miracula declarauit. Vigiles enim rum medijs noctibus locum illum immenſo

Miraculis corpus pueri oſtẽditur.

re ſplendentẽ viderunt. quæ res cùm animos um in magnã meritò admirationem raperet, osè cauſam indagati ſunt, ſtatimq́; repertũ e pus etiamnũ ſuo ſanguine tinctum, adductu Baccaracum ad locum iudicij vt ſolent cælo pora. Comperta autẽ rei geſtæ veritate, cùm bus admirationi eſſet odor ſuauiſſimus è ma

Odor ſuauiſſimus è martyris corpore.

corpore manans, tum etiam claritas noctur tempore, ſumma deuotione illatum eſt cor lum in ſancti Cuniberti ſacellum in colle parochiam ſitum. Ibi vitta aurea, in virginita ſtimonium, capiti impoſita, ſerico exornatu teo & violis honorificè admodum cum labo inſtrumento incluſum eſt in cedrino ſarco fortiſſimis ſeris munito.

Mox autem vtriuſque ſexûs hominũ ma currit multitudo, viſura tam ſtupendum no miraculum. Tum verò omnipotens Deus il

Præclara ad eius monumentum eduntur miracula.

ctum puerum magnis & ſtupendis illuſtra raculis: cæcis viſus, ſurdis auditus, claudis mutis loquela, aridis, paralyticis, luſcis & libet malè affectis ſanitas & mortuis vita eſt. Imò verò vſque in præſens multifaria p tyrem ſuum Chriſtus miracula operatur.